



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Joan. Baptistæ Santolii Canonici Regularis Victorini
Carmina Selecta**

Santeul, Jean de

[S.I.], 1679

Illustrissimo Ecclesiae Principi Petro Du Cambout De Coislin Episcopo
Aurelianensi. J. B. Santolius victorimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13401



ILLUSTRISSIMO
ECCLESIAE PRINCIPI
PETRO
DU CAMBOUT
DE COISLIN
EPISCOPO AURELIANENSI.

J. B. Santolius victorinus.

PARUM erat mibi, ILLUSTRIS-
SIME ECCLESIAE PRINCEPS,
tuæ apud Aurelianos tam soleanni Pompæ
adfuisse, te in vestibus sacris omni populo ostensum, &
per medium Urbem inter clamores & plausus vidisse
incidentem: si Pompa ipsam quam dies una exhibuit,
spectandam futuris sæculis non repræsentarem. Scio illa
spectacula in omnium ore diu multumque fuisse versa-

D

ta, etiamnum inhærere multorum animis, insculpta meatalis atque imaginibus expressa. Sed hæc adhuc leviora sunt tam insignis Pompæ ornamenta; manebat insuper Poëtam non exiguis labor, ut illa imago non inanibus tantum colorum efformata pigmentis, sed æternis quoque carminum monumentis celebrata, posteros moneret, & in tui admirationem raperet universos. Non possum lœtitiam meam ibi continere, ILL. PRÆSUL, ubi nuper sapientissimus Avus tuus, Galliarum Cancellarius, hâc illa tui Triumphi visa imagine perculsus est, nam in te quasi redivivum totius familie antiquum decus contemplans, sperabat fore ut tantam gloriam in rebus sacris administrandis tibi comparares, quantam Pater tuus in rebus bellicis, quantam tui Atavi infulati omnes in regni Consiliis sibi peperissent. Quamobrem assuece jam legi & laudari ab omnibus, factus per avos tuos laudum non impatiens, agnosce tuos honores novæ dignitati non indebitos & eximiae virtuti tuæ maxime convenientes: si tibi ipsi, quale fuisti nuper omnibus, grande spectaculum. Quòd si (ut bene auguror) modestia tua has laudes non patiatur, hæc ipsa tibi proponet non esse tuum, sed virtutum omnium hunc Triumphum. Cogitabis Episcoporum Aurelianensem magna nomina: contemplaberis tuorum præclaras

51

*imagines : sed omnes quibus notus es (quibus autem no-
tus non es ?) inter tot Heroas te unum intelligent , inter
tot Pontifices te unum observabunt.*



D ij

